

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5636

Auteur(s) : Robert Bertrand, chevalier, Honfleur (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Fatouville-Grestain, Notre-Dame de Grestain (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1256, 19 février

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

Le chevalier Robert Bertrand, seigneur de Honfleur, notifie l'accord conclu entre lui et les moines de Notre-Dame de Grestain sur les ports de Fiquefleur et de Cramefleu.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissé, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 107.

Dissertation critique

Fiquefleu : Fiquefleur, commune réunie à Équainville en 1844 sous le nom de Fiquefleur-Équainville.

Cramefleu : Cramefleu, port à Fatouville (Fatouville : commune réunie à Carbec-Grestain en 1844 sous le nom de Fatouville-Grestain).

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus Bertranni, miles, dominus de Honnefleu, salutem in Domino. Noveritis quod, cum contentio verteretur inter nos, ex una parte, et viros religiosos abbatem et conventum Beate Marie de Gresteno, ex altera, super portus de Fiquefleu et Cramefleu, cum pertinentiis, in quibus dicebamus nos jus habere, et dicti religiosi similiter dicebant dictos portus elemosinam suam puram esse et liberam, sibi et ecclesie sue datam et concessam a Roberto, comite Moretonii, sicut in litteris dicti comitis patentibus super hoc confectis plenius continetur; tandem, proborum virorum consilio, pacem composuimus in hunc modum, ita videlicet quod nos dictos portus cum pertinentiis suis in statu in quo modo sunt et erunt, si per aquam et mare sine manus opere poterunt emendari, libere, pacifice et sine contradictione aliqua eisdem dimittimus, et omnes costumus, tam in navibus quam in aliis dictis portibus adjacentibus et accidentibus, similiter dimittimus, hoc tamen adjuncto, quod, si dicti religiosi in predictis portibus aliquid reedificare lignis seu lapidibus voluerint, ipsi tenentur coram iudice seculari in loco recordationem deferente, nos seu heredes nostros, antequam incipiant, requirere, ut in dicta reedificatione de nostro proprio usque ad tertium apponamus, et tertium capiamus, et si requisiti in loco predicto dictum tertium mittere noluerimus, nichil de cetero in predictis portibus cum eorum pertinentiis poterimus reclamare, nec sine licito dictorum religiosorum in predictis locis nos vel heredes nostri aliquid innovare possumus seu edificare. Si vero acciderit quod aqua dictos portus obturaverit, licebit dictis religiosis beyum molendini cum beschis et fossariis, prout cursus aque requiret, emendare et pontes edificare, pasturas et areas sine contradictione nostri vel

heredum nostrorum habere. Cambellanus vero de Tanquarvilla, ad petitionem nostram, sigillum suum una cum sigillo baillivi Rothomagensis presentibus litteris apposuit, quousque littere inter nos et predictos religiosos de confirmatione predictorum, prout melius potuerint, secundum verba predicta, sint confecte et sub sigillis nostris sigillate, quando dominus rex primo Rothomagi moram fecerit in primo adventu suo et si in instanti quadragesima ibidem vel apud Pontem Audomari non venerit, nichilominus infra scacarium Pasche, predictae littere, prout expressum est, erunt confecte et sigillis nostris sigillate. Datum anno Domini M° CC° L° quinto, apud Parisius, die sabbati post dominicam qua cantatur Circumdederunt me.